

distinctum crimen censetur, leve esse; quapropter immunitate reus privati nequit. Illud omittendum non est, quod notat Delbene num. 9. 10. nempe furem te ablata esse per judicem Ecclesiasticum in Ecclesia spoliandum, aut de ejus licentia per secularem, ubi refert Sperel. decis. 3. 4. Vide infra, n. 04.

187 Furtum vero in Ecclesia commissum privat delinquentem immunitate, Gonni fallent. 3. num. 5. Decian. ubi proxime, Suarez d. num. 8. Gregor. Lopez in l. 4. glos. 5. tit. 11. part. 1. Bobadill. num. 23. Joan. Vilchis in tract. de Immunit. num. 32. Paz num. 88. Navarr. in cap. postulasti, de for. compet. Guttier. d. lib. 3. quest. 1. num. 17. Quod a fortiori procedit, si res sacras quis furetur, quia sacrilegium committit, nec non alias res etiam non sacras Ecclesie in ipsa surripient, Decian. tom. 2. lib. 6. cap. 30. a. num. 16. Sacrilegus autem frustra defendi ab Ecclesia desiderat, Gregor. Top. sup. Decian. cap. 26. n. 7. Guttier. num. 33. Cuitell. lib. 1. quest. 2. & 7. 17. num. 12. Tusch. lit. E. conclus. 1. 1. num. 19. Sa p. supra. dict. cap. 5. fol. 43. Boer. decis. 109. num. 3. Farinac. dict. qu. 28. num. 47. Germon. d. cap. 16. num. 72. Bobadill. num. 48. Gonni fallent. 34. Clar. d. q. 30. num. 9. circa fin. Paz num. 103. Navarr. in manual. cap. 28. num. 19. Qui duo recte advertunt, hoc verum esse de committente in Ecclesia sacrilegium, quod extra illam multipliciter potest patari, ut late explicat Decian. d. c. 30. Utrum sacrilegus sit, qui rem privati in Ecclesia furatur; vide apud Dian. part. 1. tract. 7. resolut. 27. ubi negativè resolvit, nisi res esset sub custodia Ecclesie, veluti ad Festivitate commodara.

188 Sed contrarium in utroque casu, pluribus laudatis; probat Delbene dubit. 14. sect. 8. num. 4. cum seqq. ubi ex Barbof. in collectan. Bullar. verb. immunitas, testatur, sic Sacram Congregat. immunitatis declarasse de furante in Ecclesia 18. Martij 1632. quod etiam refert Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 9. vers. Sed affirmativam, cum seqq. ubi etiam Authores recenset, & de sacrilegis, resolut. 26. vers. Sexò quaro, quibus accedit Guazzin. in d. c. 38. n. 10. 11. Sed questio hæc pendet ab ea de qua, supra, a. num. 16. & sustinendo sententiam, quæ habet omnia delicta in Ecclesia commissa reddere reum immunitate indignum, etiam post Bullam Gregorianam; dicendum est consequenter, nedum sacrilegium, sed etiam furtum in Ecclesia patrans ab ipsa extrahendos, maxime ubi talis fuerit consuetudo; nam furtum, nisi parvitas rei ablata excuset, grave crimen est; ut fuse probat Guttierrez de delict. quest. 154. per totam, Clar. in §. Furtum, & nos alibi diximus.

Ibi: Nam licet regulariter delinquens sit ad locum delicti.

189 Reum ad locum, in quo deliquit, remittendum, ex pluribus probat Carleval de judic. tom. 1. lib. 1. tit. 2. disp. 2. q. 7. sect. 2. n. 80. 1. ubi latissime per numer. sequent. materiam explicat; Clar. in §. fin. q. 38. Dec. supra, tom. 1. lib. 4. c. 1. a princip. D. Covar. pract. c. 11. Farinac. in prax. q. 7. Guaz. de defens. reor. defens. 1. c. 17. Tondur. de prevent. judicial. part. c. 2. 11. Bobadill. in polit. tom. 1. lib. 2. c. 13. d. num. 69. Quid si delictum fiat in confinio diversorum territoriorum? Vide Tondur. c. 3. 1. per tot.

Ibi: Sitamen quis Toleti.

190 Est controversia satis agitata, utrum scilicet fur ad sportans rem, quam in uno abstulit territorio in aliud, possit ibi puniri? de qua Clar. n. 16. Guazzin. late c. 15. Carleval. sect. 1. num. 740. ubi multi; & terentia opinione affirmativa; altera questio sublequitur, de qua in præsentia; An fur remittendus sit, si per Judicem loci delicti petatur? At contra Bartol. ex rationibus, quas D. Covarr. perpendit dict. cap. 11. nu. 9. cum eo dicendum est, furem, quamvis rem contrectet alibi, mittendum esse ad indicem loci, ubi furtum admisit, si postuletur. Idem tenet Didac. Perez in l. 2. glos. 1. pag. 339. column. 1. vers. Quæri etiam potest, tit. 18. lib. 8. Ornament. Carleval.

sect. 1. nu. 726. videndus per numer. sequent. Bobadill. n. 73. Decian. dict. lib. 4. cap. 17. num. 15. B. l. in prax. tit. de furt. num. 18. & alij apud Bobadill. ubi proxime, lit. B. etli aliter decessum testentur aliqui quos laudat Carleval. n. 226.

Ad Num 16.

191 Sciendum est quod Clericus quoad Judices seculares immunitate gaudet, quando scilicet propter defectum alicujus requisiti, ex ipsi quæ desiderantur per Trident. ses. 23. cap. 6. fori privilegio non defenditur, unde si quis in minoribus, beneficiarius non sit; nec alicui Ecclesie deserviat habitum Clericalem deferens; & ad Ecclesiam confugiat, extrahi à seculari potestate nequit, nisi pro criminibus exceptis, Delbene 6. dubit. 10. sect. 11. Navarr. dict. c. p. 25. num. 22. Suarez cap. 10. num. 7. Genuenf. in prax. cap. 22. num. 11. Filiuc. tract. 15. cap. 6. quest. 8. num. 151. Farinac. in prax. quest. 28. num. 7. & de Immunitat. cap. 2. a. num. 34. Gambacurt. lib. 4. cap. 1. Germon. de sac. immunit. lib. 3. cap. 16. a. n. 90. Mar. Italia lib. 1. c. 3. §. 1. Verum nec à Judice Ecclesiastico erit evellendus, Delbene sect. 12. cum ad ejus forum non pertineat, sed ut laicus habeatur.

De Clericis vero alijs, qui seculari potestati subiecti non sunt, questio est, num per Judices Ecclesiasticos extrahi ab Ecclesia propter delicta non excepta possint? Affirmant Delbene fuse probans sect. 12. a princip. Navarr. ubi proxime, Layman lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 11. Gonni fallent. 2. in fin. ubi de praxi testatur, Suar. num. 67. Genuenf. supra. Azor. part. 2. lib. 9. cap. 9. quest. 9. Clar. dict. quest. 30. nu. 16. Portell. supra, verb. immunitas Ecclesie, num. 13. Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. tit. 3. §. 15. Filiuc. sup. Currell. lib. 1. quest. 22. Rice. part. 3. decis. 172. Eagund. sup. præcept. 2. lib. 4. cap. 4. num. 52. Paz. d. §. 3. numer. 141. Rodrig. question. Regular. tom. 2. quest. 50. artic. 4. Villadieg. dict. cap. 3. num. 211. Megal. in 3. part. lib. 4. cap. 2. num. 34. Gregor. Lop. in l. 4. glos. 1. tit. 11. part. 1. Petegrin. sup. c. 12. num. 13. Cur. Philipp. num. 17. Sanchez dict. dub. 8. num. 6. vers. Secunda sententia, Guttier. practicar. lib. 3. quest. 3. n. 3. Bonacin. §. 5. num. 5. versicul. Secunda sententia, Azeved. in l. 3. num. 17. tit. 2. lib. 1. Recopilation. quod utique in omnibus personis Ecclesiasticis procedit, & potius de consuetudine, quam de jure verum esse plures ex præ allegatis agnoscunt.

193 Sed contrariam sententiam, quod scilicet personæ Ecclesiasticæ immunitate Ecclesie propter delicta quoad suos Judices potiantur, tenent cum D. Covar. Decian. tom. 2. lib. 6. cap. 36. num. 1. ubi disputat Tusch. lit. E. conclus. 9. num. 17. & conclus. 11. num. 27. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 24. Zerol. in prax. Episcop. part. 1. §. Immunitas Ecclesie, vers. 8. Guazzin. d. defens. 1. cap. 37. num. 48. Gambacurt. de immunitat. lib. 4. cap. 11. num. 8. Monticell. in prax. crimin. regul. 12. num. 18. Barbof. de jur. univers. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. a. num. 135. Duard. supra lib. 2. canon. 15. quest. 16. num. 13. Lotter. de re beneficiar. lib. 1. quest. 13. ex num. 112. Farinac. dict. q. 28. num. 7. & de Immunitat. cap. 2. num. 34. Lezan. in summ. verb. Immunitas, numer. 6. Ambrosin. de Immunitat. cap. 12. num. 3. Salgad. de protect. Reg. tom. 2. part. 2. cap. 4. num. 115. Mar. Italia de Immunitat. lib. 1. cap. 3. §. 1. Cened. in canonic. question. quest. 42. per tot. Bobadill. d. cap. 14. num. 58. & ita de jure tenendum est, nisi aliud fuerit ulu receptum; nam consuetudini standum est, ut observant Decian. Farin. Ital. & alij, ac juxta hanc sententiam decidisse Sacram Congregationem Conci. Tridentin. & Episcopop. allerit Dian. part. 3. tract. 1. resolut. 35. & Barbof. supra, Delbene post d. sect. 12. ubi de difficultatum solutione. n. 14.

Ibi: Qua in re ipse considerandum esse censeo.

194 Compertum est, Clericos per Ecclesiasticos Judices extrahi ab Ecclesia posse in casibus exceptis, ut supponant omnes, dum de criminibus non exceptis loquuntur, ut Decian. Guttier. & alij. Ex quo D. Covar. infert in præsentia, ut ex omnibus delictis, pro quibus Clerici degradari,

degradari, ac Curie seculari tradi permittitur, possit ab Ecclesia per Ecclesiasticum judicem extrahi; nam degradatio actualis, & traditio præfata non sit, nisi propter enormissima scelera quæ indignum reum immunitate efficiunt; quam doctrinam sequuntur Suar. num. 8. Bobadill. num. 59. Guazzin. num. 51. Farinac. dict. qu. 18. a. num. 7. Guttier. n. 2. & alij sup. laudati. An autem hoc omnino certum sit, ita ut regula constitui possit, quod quoties Clericus Curie seculari tradendus sit, toties evelli ab Ecclesia per Judicem Ecclesiasticum queat? oportet indagare; quoniam de ea dubitat Suar. ubi proxime. Ad quod sciendum est, ob quæ facinora ad actualem degradationem, ac traditionem deveniatur; quod cognito, apparebit num casus aliquis detur, in quo extrahi Clericus prohibeatur, quanquam degradatione sit dignus.

195 Primum crimen, propter quod Clericus traditur degradatus Curie seculari, est assassinium, c. 2. de homicid. in 6. Farinac. in prax. quest. 8. num. 82. cum alijs Delbene de immunitat. Ecclesiast. tom. 1. cap. 6. dubit. 1. sect. 2. a princip. Barbof. in collect. ad cap. cum non ab homine, num. 11. de judic. Vivian. in prax. jurispatr. decis. 107. n. 8. Hic casus, & ante constitutionem Gregorianam, ex communi opinione, & in ipsa expressim exceptus est. Vide supra, num. 82. 137.

Secundum est hæresis, cap. ad abolendam 9. de heretic. Delbene num. 32. 33. Barbof. ibidem, Bobadill. in politic. dict. lib. 2. cap. 18. num. 75. Vivian. sup. Hæc crimen excipitur in dict. Bulla Gregoriana, vide supra, n. 17.

Tertium est crimen falsi circa literas Apostolicas, cap. falsarium 7. de crimin. fals. notant Delbene num. 34. & alij ubi proxime, quod nec in dict. Bulla exceptum est, nec à DD. excipitur quoad immunitatem.

Quartum est conspiratio adversus proprium Episcopum, cap. si quis Sacerdotum 11. quest. 1. De bene num. 35. Barbof. dict. num. 11. Bobadill. supra, Vivian. dict. num. 8. & similiter in Bulla exceptum non reperitur, nisi reducatur ad clausulam de proditorie occidente. Verum tamen est, quod occidens Clericum immunitate non gaudet, ut resolvunt Farinac. dict. quest. 18. num. 28. Guazzin. cap. 38. num. 52. Gigas de crimin. lib. 1. rubric. qualiter, & à quib. quest. 10. num. 16. Decian. cap. 28. num. 11. & alij apud Delbene tom. 2. cap. 16. dubit. 24. sect. 21. ubi contrarium cum alijs sustinet etiam in occidente Episcopum, & idem in Eminentissim. Cardinal. docent aliqui non improbabiliter; de quo ipse dub. 23. sect. 1. a. n. 38.

196 Quintum delictum est crimen nefandum sodomie, ex constitutione Pij V. Barbof. supra. Bobadill. dict. num. 75. Cevall. de cognit. per viam violent. part. 2. quest. 4. num. 3. Navarr. in manuali cap. 27. num. 249. Delbene ubi proxime, sect. 7. num. 3. Vivian. sup. Sed neque hic casus excipitur in Bulla, communiter tamen sodomitam immunitate privandum placet, ut sentiunt Currell. sup. lib. 1. question. 2. Bobadill. cap. 14. num. 20. Correa in cap. inter alia, de immunitat. Eccles. p. 3. quest. 17. num. 40. Saiced. ad Bernard. Diaz in prax. cap. 86. pag. 254. colum. 1. in fin. Phæb. Lusitan. decis. 81. num. 7. tom. 1. Cur. Philipp. dict. §. 12. num. 29. Mar. Ital. dict. cap. 5. §. 3. Avend. de exequend. mandat. part. 1. cap. 229. Rodrig. question. Regular. tom. 2. q. 5. artic. 4. & idem de Clerico sic delinquente docuit expressè cum alijs Bobadill. num. 21. Adversus quos, immunitate sodomitas gaudere defendit Delbene ubi proxime, a. numer. 1. Giurba conf. 100. num. 4. Bonacin. dict. §. 5. num. 14. Farinac. de immunitat. cap. 6. n. 98. Sanch. dict. cap. 1. dub. 10. Lezan. sup. num. 16. Navar. dict. tit. de immunit. Eccles. Castr. Palao sup. dict. disp. unic. punct. 10. num. 6. Diana part. 4. tract. 1. resolut. 45. Elisæ. Danza in pugna DD. tom. 1. tit. de immunitat. Eccles. c. 4. n. 10. 11. ubi de Clerico, Delbene n. 6.

197 Sextum est, cum Clericus non Presbyter Missam celebrat; nam propter hoc seculari Judici tradendum, caveatur à Clement. VIII. Barbof. in collect. ad c. cum non ab homine, n. 11. de judic. Vivian. sup. De quo nihil statum est quoad immunitatis privationem, nisi tale perpetrans

de errore contra fidem arguatur.

Septimum est, fallam monetam eudere, vel legitiman rondere, quod constituit Urbanus VIII. in Bulla, quæ incipit: In suprema, edita die 13. Novemb anno 1627. Barbof. sup. Hic casus exceptus in Bulla Gregoriana non est, tamen eos immanitate indignos esse, qui flagitium istud patnaverint, sentiat Sarp. de jur. Asylor. cap. 5. fol. 52. contra quem omnes communiter tenent, Guttier. late agens, qui testatur, ita in Vallisoletana Cancellaria decitum. practicar. lib. 3. quest. 4. per tot. Delbene dict. dubit. 24. sect. 18. Bobadill. dict. cap. 14. num. 43. Farinac. dict. cap. 6. num. 91. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 19. Mar. Italia dict. cap. 5. §. 1. num. 15. Bonacin. in summ. tom. 3. de excommunicat. extra Bull. disp. 2. qu. 3. punct. 16. §. 1. n. 6. Cur. Philipp. num. 28. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 3. num. 28. Barbof. de jur. univers. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 122. qui testatur, quod cum Neapoli monetarij quidam in Ecclesiam se recepissent, Prorex exoravit Paulum V. ut præceperet, eos Curie seculari consignari, atque ita Pontifex Nuncio Apostolico imperavit die 19. Julij 1619. ut confisto summarie, & ex processu laicorum, quod ipsi essent monetarij, quod Prorex supplicaverat, fieret.

198 Tandem Clericus immiscens se quibuscumque enormibus delictis, in eisque incorrigibilis persistens, est Curie seculari, ut puniatur, post degradationem mittendus: cap. cum non ab homine, de judic. ubi Barbof. in collect. n. 11. Delbene supra, dict. cap. 6. dubit. 1. sect. 2. num. 36. cum seqq. Vivian. dict. num. 8. De quo confulas Delbene, & Barbof. apud quos; quæ censentur delicta enormia? Quæ monitiones præcedere degradationem debeant? Et an Judex secularis possit cõtra incorrigibilem non degradatum procedere. Hic etiam casus exceptus non est, nam reiteratio delicti non privat reum immunitate.

199 Ex his colligere licet, num certum sit, quod D. Covarr. pro regula tradit? ejus pace dicendum est, quod si Judex Ecclesiasticus sequutus opinionem, de qua supra, nu. 192. extrahat Clericum ab Ecclesia pro crimine falsæ monetæ, vel alio, propter quod laicus immunitate non privaretur, non debet, nec potest reum Curie seculari tradere; sed initius puniendus erit, ut rectè docent Suar. ubi proxime, Gonni dict. fallent. 21. numer. 11. in fin. post Bernard. Diaz, quem D. Covarr. refert. Absurdum enim esset, deterioris conditionis esse Clericum, quam laicum, cum uterque per secularem potestatem pœna ordinaria delicti veniret puniendus; & hoc casu cessat præcipua ratio, propter quam Ecclesiastici immunitate non gaudent: nempe quia per Judices Ecclesiasticos leviter, & ad correctionem potius, quam ad vindictam coërceri solent, ut videre est apud Delbene, & alios laudatos sup. d. num. 192.

200 Illud obiter notandum est ex Sanch. dict. cap. 1. dub. 9. quod si quis Clericus, vel laicus mandet, vel consular, ut delictum exceptum fiat, non est immunitate privandus tanquam perpetrator talis criminis; de quo vide, quæ diximus supra, n. 181.

Ad Num. 17.

201 Dum reus in Ecclesia existens jure extrahi non potest, non est per secularem vinculis alligandus, aut aliquo modo vincendus, vel vexandus, Suar. dict. lib. 3. cap. 12. num. 2. Delbene dict. cap. 16. dubit. 27. ubi late Farinac. dict. quest. 28. numer. 9. & de Immunitat. capit. 19. num. 197. Bonacin. §. 3. num. 5. Tusch. lit. E. conclus. 10. numer. 12. 16. Sanch. dub. 13. n. 1. Mar. Italia dict. lib. 1. cap. 6. §. 2. numer. 51. Guazzin. dict. defens. 1. capit. 32. numer. 2. Decian. lib. 6. cap. 27. num. 6. Paz. numer. 177. Bobadill. n. 92. Gonni dict. tract. de Immunit. quest. 6. Quod est omnino certum, quando reus immunitate debet gaudere: sed si, dubium sit, vincula ab utroque Judice, tam Ecclesiastico quam seculari injici reo possunt, custodisque circa Ecclesiam apponi, ne delinquens evadat: & multo magis, si compertum fuerit, locum non esse immunitati. Sed regulariter Ecclesiastici omnes confugas in Ecclesiam defendere



nituntur, ut advertit Gonn ubi proxime, quare de eorum consensu nunquam reus alligatur, vel aliter custoditur; seculares vero Judices, ubi possunt, Ecclesiam obsideri faciunt, ne reclusus evadat; Clar. d. §. fin. q. 30. num. 21. Gonn sup. Curt. Philipp. nu. 52. Azeved. in l. 3. n. 21. 22. tit. 2. lib. 1. Recopilat. Paz sup. an. 3. ubi testatur, quod de consuetudine vincula non injiciuntur, sed custodes apponuntur, cum super immunitate disceptatur, & hoc de jure servandum probat; modò extra locum sacrum custodes existant, Delbene. num. 3. 4. ubi plures laudat Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 8. in fin. Vide infra, n. 208.

Nota præterea, reum in Ecclesia existentem non posse per Judicem laicum ad aliquam poenam corporalem damnari, ut colligitur ex cap. inter alia de immunit. Eccles. & docent Suar. n. 5. Farinac. supra, c. 21. n. 333. 336. Bonacin. n. 8. Tulch. lit. E. conclus. 10. num. 5. 8. 14. Dian. d. tract. 1. resolut. 12. Mar. Italia sup. c. 6. §. 3. n. 1. Peregrin. c. 13. n. 13. Barbof. d. c. 3. num. 56. Delbene d. c. 16. dub. 31. ubi multos refert, ac probat, neque ad exilium, nec ad carcerem perpetuum, vel ad triremes, damnandum. Circa quæ videas aliter sentientes, Sarp. sup. c. 2. fol. 30. Curtell. lib. 19. 12. Gambacurt. t. lib. 4. cap. 3. 35. In praxi autem observatur, ut contra existentem in Ecclesia, velut in absentem in foro seculari procedatur, & ad mortem, vel aliam poenam pro delicti qualitate damnentur, Farinac. d. q. 28. n. 77. Delbene n. 11. Clar. d. q. 30. n. 1. quod ut ait Delbene n. 16. non est contra Ecclesiam immunitatem, quando quidem sententiæ executionio confertur in tempus, quo reus immunitate non defendatur, Bonacin. §. 3. num. 9.

Pecuniarias vero poenas, sive bonorum confiscationem exequi Judex secularis non prohibetur in illis bonis, quæ immunitate gaudens extra Ecclesiam habuerit, Decian. dict. lib. 6. cap. 36. num. 10. Delbene num. 15. Bonacin. cum alijs, ubi proxime, Bobadilla dict. cap. 14. nu. 106. Sed quid de bonis, quæ secum ad locum sacrum tulit, num eis per Judicem seculari spoliarî possit? In quo distinguendum est, si res non sint alienæ, & justè, ac licitè retineantur per reum, nullo modo illis privandus est; Suar. num. 3. Farinac. d. cap. 19. num. 100. Scortia Theorem. 385. Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 13. Lezan. verb. immunitas, num. 18. 19. Delbene dub. 30. num. 1. ubi testatur, Sacram Congregationem controversi Jurisdictionalium 13. Januarij 1633. declarasse, adversus auferentes res bona, quæ in Ecclesia habent; imò etiam arma non prohibita; procedendum, tanquam contra Ecclesiasticæ immunitatis violatores.

De bonis alienis, & quæ justè aut licitè retineri nequeunt, quæstio est, an valeat Judex secularis, non expectata Ecclesiasticæ licentia, eadem reo in Ecclesia existentem auferre? Affirmant Suar. Layman. ubi proxime, Villadieg. in polit. cap. 3. num. 214. & alij non pauci apud Delbene num. 3. 4. Negant Farinac. de Immunitat. cap. 16. num. 248. Peregrin. sup. num. 5. Marant. in controvers. jur. part. 2. respons. 37. num. 1. Novar. sup. num. 6. Carlin. in controver. forens. cap. 10. num. 16. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 8. Delbene num. 4. vers. Quamvis etiam. Qui rectè sentit num. 8. semper Superiorem Ecclesiæ prius esse requirendam, ut res delinquenti tollat, quibus de jure privari debet; quod si renue-rit, tunc ministri laici poterunt per se ipsos capere.

Verf. Tricesimoprimum.

Ecclesiam, in qua aliquis existit immunitate gaudens, obsidere non licet, ut eidem alimenta, vel alia ad vitam necessaria exhiberi impediantur, nec aliquomodo reum vexari permittitur; Delbene, dubitat. 29. num. 1. Farinac. dict. quest. 28. num. 9. Suar. num. 4. Gregor. Lop. in l. 2. glos. 4. tit. 11. part. 1. Sanch. dub. 13. num. 4. Petr. Greg. syntagmat. jur. p. 3. lib. 33. cap. 22. num. 3. Anton. Gom. variar. lib. 3. cap. 10. num. 1. Bonacin. sup. num. 4. Bobadilla num. 9. 1. Clar. num. 21. Layman. ubi proxime. Decian. d. cap. 27. num. 6. Guazzin. sup. cap. 32. num. 6. Paz d. §. 3. num. 6. Atque ita verum est, non solum, quando certum

est, reum immunitate gaudere, sed etiam domo controversi- tur an gaudeat; ut sentiunt omnes præcitati, & exprimitur Sanch. n. 1. & Paz Alioqui reus indirectè extraheretur ab Ecclesia, qui ne fame periret, se ipsum traderet. Sed observandum est, quòd si ad victum præcisè quærendum; vel quid aliud naturæ necessarium à loco sacro exiret, & à satellitibus caperetur, esset omnino Ecclesiæ restituendus delinquens, modò non divagetur, sed recta via vadat; ac sine mora revertatur; Decian. d. n. 6. in fin. Paz. n. 174. cum seqq. Curt. Philipp. supra, n. 51. Bonacin. d. n. 4. vers. Ex quo præcitati.

Ad eò verum est, non esse existentibus in Ecclesia alimenta deneganda, ut, si nec proprio labore, nec aliunde habeant, quo se alere valeant, ex bonis Ecclesiæ, sub cuius tutela sunt, eis exhibeantur, l. 2. tit. 11. part. 1. ubi Greg. Lop. glos. 6. Glos. in c. diffinit. 17. q. 4. Delbene ex num. 2. Farinac. ubi proxime, Peregrin. n. 12. Decian. c. 29. n. 3. Bobadilla supra, Paz num. 176. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 33. vers. Et tandem. Cur. Philipp. n. 50. Circa quod notare oportet, si reclusus pauper sit, nec possit laborare, Ecclesia liberaliter illi subvenit absque spe compensationis, vel restitutionis; sed si laborare queat, cogi ad id poterit per Prælatum; aut si bona habuerit, quibus pro tunc uti impossibile sit, tenetur expensas refarcire; Gregor. Lop. ubi proxime; Delbene n. 4. ubi ampliat, ad eum, qui ab amico, vel consanguineo alebatur, & assensit, posse personam rei desinere, donec solvat, aut aliter satisfaciat Ecclesiæ, quod impensum est.

Licet autem reo existenti in Ecclesia alimenta subtrahenda non sint, id limitatur, si notoriè constat, ipsum immunitate indignum esse, quoniam tunc Judex laicus obsidere Ecclesiam non prohibetur ad impediendam alimentorum ministracionem, ut sic reum fame extrahat, quem aliàs evellere de facto impeditur. Ita sentit Bobadilla. ubi proxime, qui bene declarat, quando Ecclesiasticus requisitus delinquentem consignare renuit.

Præterea advertendum est, licere judici seculari custodes circa Ecclesiam constituere, ad capiendum reum gaudentem immunitate, si fortè à loco sacro spontè recesserit, per quod immunitas non violatur; Suarez dict. cap. 12. num. 4. Delbene ubi proxime, num. 7. Gregor. Lop. dict. glos. 4. Sanchez dub. 13. num. 1. Farinac. dict. cap. 19. num. 299. Peregrin. num. 10. Mar. Italia dict. §. 2. num. 53. Bonacin. num. 2. vers. cul. Negandum tamen. Nefas verò est, mittere homines in locum immunem, ut metu eorum reus exeat, Delbene dub. 28. Paz num. 167. de quo supra, n. 201. in fin.

Ad Num. 18.

Qui confugiens ad Ecclesiam, eamque clausam inveniens, portas, ansam, vel vestes manibus apprehendit, à sacro Asylo evellendus non est Farinac. de Immunitat. c. 27. num. 279. Suarez cap. 9. num. 8. Decian. cap. 25. num. 17. Bonacin. §. 4. num. 19. Guazzin. cap. 37. num. 45. Sanch. dict. cap. 1. dub. 7. num. 2. ad medium. Paz num. 46. qui de praxi testatur, Dian. part. 6. tractat. 1. resolut. 3. vers. scilicet. Sed iste Autho, Bobadilla. num. 82. Caltr. Palao d. disput. unic. punct. 6. num. 9. Correa in dict. cap. inter alia, part. 2. num. 16. Delbene cum alijs dubit. 9. sect. 6. num. 6. Carthar. crimin. de- cis. 7. num. 1. 11. Gambacurt. lib. 4. cap. 2. num. 9. Cur. Phil- lipp. num. 14. ubi assensit, sufficere, quòd adhareat januæ, vel parietibus Ecclesiæ; quod non improbabiler defendi potest, quando confugiens limen Ecclesiasticæ januæ tetigit capite, & humeris, quia à ministris justitiæ insectatus cecidit, ut resolut. Dian. part. 6. tractat. 1. resolut. 6. in fin. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 1. n. 12. licet contrarium doceant Delbene dubit. 29. num. 10. Bonacin. §. 4. num. 20. Ex quibus colligitur, non gaudere immunitate, qui utrumque pedem extra locum immunem habens humeris hæret parieti; vel portis Ecclesiæ, nisi vestem, vel ferram manibus apprehendat: se- cus dicendum videtur de eo, qui clauso ostio, in limine se constituit, cum in loco sacro totus sit, ut ipsi supponunt; & ita licet nihil apprehendat, tutus erit; Bonac. num. 19. in fin. De quibus vide Decian. sup. Barb. in addit.

ad

ad collectan. in c. Ecclesia, n. 3. de immunit. Eccles. Delbene dub. 9. sect. 8. n. 13. Sarp. c. 4. fol. 41.

Pulchre hic queri potest, si quis se projiciat per fenestram ex domo privata in atrium, aut cœmeterium Ecclesiæ, & antequam corpore locum sacrum contingat, intra arbitrium ejus à satellitibus capiatur, num immunitate juret; & affirmativè respondendum est; nam hic in loco immuni apprehenditur, & aër, qui correspondet Ecclesiæ intra ejus circuitum eadem prærogativa gaudet; Ita Cardof. in prax. judic. & Advocat. verb. Ecclesia, num. 77. Barbof. ubi proxime, num. 4. Quæ resolutio comprobatur ex singulari doctrina Pellizzar. in man. Regular. tom. 2. tract. 10. c. 5. sect. 2. num. 79. docentis, monialem diabolica arte supra tectum Monasterii elevatam non violare clausuram, si ejus ambitum non excedat, modò multum à tecto sursum non discedat; & rationem reddit, quia scilicet intra Monasterium esse censetur, quæ ratio æquè militat in specie proposita quoad immunitatem.

Verf. Tricesimotertio, idem dicendum erit.

Qui existens intra Ecclesiam per aliquam partem pallii, vel vestis extra pendentis extrahitur, immunitate privari non potest, Suar. d. cap. 12. n. 4. ubi rationem tradit Decian. cap. 25. num. 21. Dian. ubi proxime, Guazzin. c. 37. n. 45. Bonac. d. n. 20. Paz n. 47. Peregrin. c. 4. n. 18. Cur. Philip. ubi nuper, Delbene dub. 29. n. 8. 9. Sanchez d. dub. 8. num. 22.

Quid de eo, qui per aliquam partem corporis existentis extra locum sacrum evellitur? multis placet, hunc fore restituendum; quia fat est, unum pedem, vel manum intra locum immunem habere, ita Decian. n. 17. in fi. Pe- reg. n. 61. vers. Et idem dicendum, Farinac. in prax. q. 28. n. 14. in fin. Ambrosin. de Immunit. c. 10. n. 5. Barbof. ubi proxime, n. 2. Dian. ubi supra. De quo consule Suar. & Delbene, qui præcipuas corporis partes in Ecclesia esse in hoc casu desiderant.

Verf. Tricesimoquarto.

Ubi compertum est, reclusum non gaudere immunitate, Judex laicus absque licentia Prælati ipsum licitè extrahit, Suar. d. c. 13. n. 1. Farinac. n. 75. Sanch. dub. 13. n. 3. Azeved. in l. 3. n. 29. tit. 2. lib. 1. Recopilat. Fagundes in Decalog. tom. 1. lib. 5. c. 1. n. 22. Sarp. c. 6. fol. 61. 62. 67. Curtell. lib. 1. q. 1. n. 50. & q. 34. n. 3. Gonn. d. tract. de Immunitat. q. 1. Clar. sup. n. 20. Decian. c. 29. num. 4. Bobadilla. n. 94. Villadieg. in politic. c. 3. n. 238. Rebuf. ad leg. Gallia. tom. 2. titul. de immunitat. Eccles. artic. 1. glos. 2. n. 4. Gambacurt. lib. 6. c. 14. & lib. 8. c. 10. Greg. Lop. in l. 12. glos. 7. titul. 14. part. 3. Avend. in c. 22. Prator. n. 9. Paz numer. 182. 183. ubi tradit praxim, quæ in Hispania servatur, quando Judex Ecclesiasticus censuris prohibet, ne reus extrahatur, quo casu per viam violentiæ ad Regias Cancellarias recurritur: Cur. Philipp. n. 56. Atque ita in Hispania observatur, non obstante Bulla sæpè citata Gregorii X. I. V. quæ usû recepta non est, ut assensit Curtell. Cur. Philipp. sup. n. 57. Delbene dub. 40. sect. 2. nu. 3. & notavimus cum Dian. & Portell. sup. hoc. n. 33.

Sed contrarium maximè post præfatam constitutionem (quæ expressè vetat extractionem delinquentis etiam immunitate privandi, absque licentia Episcopi, vel ejus Vicarii Generalis, ibi: Volumus, dictaque auctoritate decernimus, & declaramus, ut Curia secularis, ejusque Judices, & Officiales ab Ecclesiis, Monasteriis, locisque sacris prædictis laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem, in nullo ex casibus supra dictis, sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu persona Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis, &c.) sustinent Bonacin. sup. §. 14. n. 2. vers. Secundo idem verum censeo, Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 10. n. 2. in fin. Pellizzar. sup. tom. 2. tract. 8. c. 5. sect. 1. n. 60. Anastal. Germon. de sacror. immun. lib. 3. c. 16. n. 95. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 14. Farinac. (contra quod prius docuerat, ubi proxime,) de Immun. c. 2. n. 359. Delbene plures laudans dict.

dub. 40. sect. 2. & 3. per tot. Guazzin. d. defens. 1. c. 31. num. 3. & plures alii. Eorum aliqui asseverant, Bullam Gregorianam ubique esse servandam: non obstante contraria consuetudine, aut quod usû recepta non fuerit; ut Bonacin. §. 15. n. 3. Pellizzar. n. 57. Dian. aliis adductis part. 6. tract. 1. resolut. 29. vers. Sed quia. Movencur, quòd in ea constitutione inserta est clausula decreti irritantis, quæ eam vim habet, ut obliget omninò. Nihilominus contra sentiunt Delbene n. 7. in fin. cum seq. Sarp. supra, fol. 67. & alii apud Farinac. de Immunitat. c. 2. num. 16. Hæc tamen ultima principalis conclusio ab omnibus limitatur, si Episcopus, vel ejus Vicarius requisitus licentiam concedere detrectet, nam ministris, laicis tunc, minori, quo fieri possit, scandalo, reum, evellere permittitur in carceribus Episcopi custodiendum; donec ipse immunitate indignus declaretur: Delbene d. section. 2. n. 2. ubi alii: Bonacin. §. 14. n. 3. vers. Quinta est, & ita in dicta Bulla disponitur.

In dubio autem, an reus gaudeat immunitate? Judex eum extrahere prohibetur, quia Ecclesia spolianda non est sua immunitate, in cuius possessione est; Azeved. in l. 3. n. 21. 22. titul. 2. lib. 1. Recopilat. Decian. c. 29. nu. 2. Cur. Philipp. n. 53. Bobadilla. n. 101. Paz. n. 3. Farinac. de immunitat. c. ultim. n. 370. Delbene dubitat. 27. n. 6. ubi alii. Sed in quæstione juris dubia propter varietatem opinionum, si Judex sequutus contrariam Ecclesiasticæ immunitati, delinquentem evellat, tanquam violator ejus puniri non debet, Bobad. ubi proxime, Decian. c. 28. n. 5. sed pendente causa super immunitate, innovare, nec ad executionem venire sententiæ adversus reum extractum Judici seculari non licet, Guazzin. c. 38. n. 54. Ceval. q. 817. n. 15. ubi praxim refert Azeved. in l. 3. n. 20. titul. 2. lib. 1. Recopilat. Cur. Philip. n. 58.

Verf. Tricesimoquinto.

Judex secularis punire valet crimen in Ecclesia commissum ab eo, qui ad ipsius jurisdictionem spectat, cum scilicet illud Ecclesiasticum non est: l. 12. tit. 13. 14. part. 3. Clar. in prax. §. fin. qu. 39. n. 18. Guazz. d. defens. 1. cap. 25. num. 20. Menoch. cons. 1000. num. 43. Farinac. in prax. dict. quest. 28. num. 62. Roland. cons. 24. num. 5. lib. 1. Anton. Gom. dict. cap. 10. num. 2. vers. Tertius casus, Azeved. num. 23. Guttierrez practicar. lib. 3. quæstion. 1. numer. 13. Gonn. supra, quæstion. 16. fol. 112. Ripol. de jurisdict. omni. Judic. cap. 1. num. 170. Bobadilla. dict. lib. 2. cap. 18. num. 160. Sanchez supra, cap. 1. dub. 14. Oliban. de jur. fife. cap. 11. ex nu. 7. Joann. Vifchis de immunitat. Eccles. num. 17. Paz d. §. 3. num. 149. Decian. tom. 1. lib. 4. c. 17. n. 11. & tom. 2. lib. 6. c. 19. num. 15. Ratio est, quia licet Ecclesia exempta sit à Jurisdictione seculari, ipsa territorium non habet quoad temporalia, nisi in Clericos, ac personas Ecclesiasticas; quare laicus in ea delinquens, cum in territorio potestatis secularis crimen admiserit (de quo etiam Ecclesia esse dicitur) à laico Judice puniri jure potest. Videantur Decian. Gonn. Bobadilla, ubi proxime, quidquid aliqui senserint, ut Læli. Jordan. de majorib. Episcoporum. caus. ad Papam deferent. cap. 8. n. 25. Delbene dubit. 19. sect. 3. n. 9. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 8. vers. Nec admittio, ad fin.

Ibi: Tamefi secundum eum.

Qui in Ecclesia delinquit, per Judicem Ecclesiasticum etiam puniri potest ratione sacrilegii, & quoad ejus poenam duntaxat; de quo Gonn. sup. Dian. p. 4. tr. 1. resolut. 67. & p. 6. tr. 1. resolut. 9. in fin. Guttier. n. 14. Delbene d. c. 16. dub. ult. n. 1. 2. Tulch. lit. l. conc. 59. & n. 8. Caball. resolut. crimin. cas. 194. n. 11. & alii apud Farin. de Immun. c. 16. num. 236. qui fatentur crimen istud esse mixti fori, & cum uterque tam Ecclesiasticus, quam secularis sit competens respectu sacrilegii, locus erit præventioni, de quo latè per Decian. d. lib. 6. c. 36. per tot. ubi an si puniatur per unum Iudicem, possit per alterum cæreri? Nota tamen quod diximus sup. n. 187. ubi ex Diana traditur, non omne delictum in Ecclesia commissum esse sacrilegium, etsi alii contra sentiant, quos idem refert.

Verf.